

dē est necesse, nullo discrimine firmā debilemque. Interea autem bona spe pectus tuū erige ac imple, Deum tempestive gaudium illud sincerū & sensibile tibi allaturum, utcunq; aliquātis per in cordis tui penetralib⁹ se abscondat Psal. 37. 77. De quo argumento pluribus agam Lib. II.

CAPUT VI.

QUOMODO VERBUM DEI PER fidem in homine vim suam exferre ac vivere debeat.

LUC. 17. *Ecce enim regnum Dei intra vos est.*

*Totus
novus
homo in
Scriptura
depi-
ctus est.*

Quia in regeneratione & renovatione hominis nobis sūt omnia, idcirco sumus Deus ea, quæ per fidem in homine spiritualiter fieri & adimpleri oportet, scripto exteri⁹ cōsignari, totumq; novum hominem in verbo suo depingi & delineari voluit. Etenim cum verbū illius sit semen Dei in nobis, sane necesse est illud ad frugē pervenire, ex eoq; per fidem crescere, quod scriptura exterius docet & testatur: aut certa res erit, semen & embryonē mortuū esse. In fide dico & spiritu gustare, experiri, intimisq; sensib: gaudibun-